



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animæ. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

XVIII. De fiducia divinæ miserationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

CAP. XVIII. *De fiducia divina  
miserationis.*Colloquuntur Theophilus & Di-  
lectus, seu servus & Dominus.

*Psal. 85.*  
*Isa. 50.* **D**Eus meus, misericordia  
mea: & ideo non sum con-  
fusus.

T. Non videatur cuiquam ab-  
surdum, si cupiam cum Domino  
Deo meo, frequenter celebrare  
colloquium: cuius benignitas me  
pigrum sæpè trahit & accendit  
ad orandum & meditandum, ita  
ut ejus non respondere vocibus,  
durum mihi sonet & ingratum.

Sed dicet forsitan aliquis con-  
tra me: Ergo nec tu times Deum,  
cùm sis revera peccator immun-  
dus, & vita ipsa indignus. Unde  
tibi hæc præsumptio cordis? Et  
cùm sis omnium minimus & de-  
spectior universis, quid adhuc re  
divinis colloquiis ingeris, quem  
te ipsum facis?

*Psal. 108.* 2. Dilecte mi, Domine, respon-  
de pro me, quia os peccatoris a-  
pertum est super me. Si me justifi-  
*Iob. 9.* care

care voluero, os meum condem-  
nabit me. Et si mundus fuero hoc  
ipsum ignoravit anima mea. Tu  
scis insipientiam meam, & confu-  
sionem meam. Tu loquere, ego  
libenter filebo.

D. Et vox Dilecti mei; Ne at-  
tendas ad verba exprobrantium  
tibi; sed ausculta potius quid di-  
xi: *Nō enim veni vocare justos,* *Marc. 2.*  
*sed peccatores.* An non licet mihi  
facere, quod volo? Volūtati meæ  
quis resistet? Si tibi, quamvis no-  
vissimo, benefacere voluero in  
modico, quis arguet me de pec-  
cato?

Qui sine peccato est, primus  
in te lapidem mittat. Si autem &  
ipsi peccatores sunt, cur gratiæ  
detrahunt? Non tū me elegisti,  
sed misericordia mea prævenit  
te.

Præclarū  
patroci-  
niū pec-  
catoris  
cum Deo  
collo-  
quentis.

An adhuc aliquis audet mur-  
murare contra te, quia accessisti  
ad me? Cerrē non est murmur e-  
jus contra te, sed aperte contra  
me; quia peccatores recipio, &  
manduco cum illis. Et quare nō  
indicares tibi familiaritatem  
meam, quam potius gaudeo ex-  
hibere quā retrahere.

3. T. Cui ego; Dilecte Domine, non eis imputetur, sed mihi, & peccatis meis. Non nego, quicquid de me ægre sentitur; fateor & hoc indubie, quia multo plus est quam scitur.

D. Dicit ille; Bonum tibi, quia humiliasti te; sic enim magis semper lucraris, & gratiam meam facilius impetrabis. Propterea tamen non es abjiciendus, quia peccator es & defectuosus, quamquam temetipsum ob id despicerem merito debeas; nec unquam oblivisci, in quantis deliquisti.

Vide Dei  
bonita-  
tem &  
clemen-  
tiam.

Sed ne anxie intereas, pensa quam sæpe de peccatoribus facio justos & amicos, humiles eligens, & de se præsumentes relinquens.

Non opus habeo, ut dones mihi aliquid de tuo; sed tantum hoc peto, dilige me corde puro, & sufficit.

T. Cui rursus; Proh pudor mihi, quia non est quicquam in me, unde possit amor tuus erga me incitari.

D. Dicit iterum; Nihil horum attendo, quæ mundus ad placendum

dum offert, nil talium requiro: amor per se satis est; tantum ferueat, mecumque perseueret.

Verumtamen cuius sunt, quæ hominem adornare possunt? Nonne mea sunt omnia, & quæ in corpore & quæ in anima fulgent? Quæ autem mundi sunt, & quæ corpus honestant, parum te implicare debent.

In exci-  
tando  
peccato-  
ris spem  
& fidu-  
ciam,

Quæ verò ad decorem virtutis pertinent, tua interest, & curare oportet ista, ut placeas coram Deo in lumine viventium.

Iuste tamen te humiliasti, & accusasti tam foris quàm intus, coram vultu maiestatis meæ, confitendo veraciter infirma & dedecora tua, atque profundius ingemiscendo, quia nequaquam dignus es familiaritatis meæ vendicare gratiam vel ad horam, cum sim speculum sine macula; & tu peccator & immundus ab infantia.

Memor ergo esto fragilis conditionis tuæ, & generosæ celsitudinis meæ, sicque cum humili reverentia accede confidenter ad me. Ego enim sum qui

Isaia 43.

deleo iniquitates & peccata, qui  
justifico impium, dimittens ei  
omnia delicta propter nomen  
meum.

4. Non solum hæc confero,  
sed adhuc majora misericordiæ  
dona præstare paratus sum. Nam  
& misereri potius eligo quam  
irasci, parcere malens quam pu-  
nire.

Verba  
piissima  
ad ani-  
mandum  
peccato-  
rem.

Sed hoc parum visum est mi-  
hi, neque sic contentus sum, ut  
post primam gratiam, non adjici-  
am secundam, vel tertiam; imo  
finem non impono miserationum  
meorum; sed neque gratiarum &  
beneficiorum meorum dicibilis  
est numerus.

Denique post peccatorum ve-  
niam, post pœnitentiam & satis-  
factionem completam, reddo  
plerumque salutaris vultus mei  
lætitiâ, infundendo abundan-  
tiores Spiritus sancti gratiam.

Et licet adhuc in carne pec-  
cator moretur, in meam tamen  
illum recipio familiaritatem: ita  
ut de perpetratis malis nulla sit  
erubescenda jam confusio: sed  
magis gratiarum actio, & vox  
law;

laudis, quia vetera transierunt, & nova facta sunt omnia.

Tam pius & misericors sum, ut semper paratior sim ad indulgendum, quàm tu ad poenitendum, promptior ad dandum, quàm tu ad rogandum.

O quàm !  
promptus  
Deus ad  
recipien-  
dum pec-  
catorem.

Quid igitur times? quid trepidas ad finem tantæ pietatis accedere? Et cur te alienares à gratia mea, tam sponte oblata?

Etiam si scires, quod negare proposuissem, non tamen desistere deberes à precando, neque confidentiam exauditionis amittere: sed insuper vehementius instare, donec acciperes.

Infinite sunt enim miserationes meæ, & quod uno tempore negatur, alio tempore poterit pie concedi.

5. Qui scis, si quando convertam ad te faciem meam. & donem tibi desiderium cordis tui? Et quid dicit Propheta de me? *Accedite, inquit, ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur.*

*Psal. 33.*

Ego magis accuso raritatem accessus tui, quàm frequentem

Gratior  
Deo pec-  
catoris

confiden-  
tia; quā  
timida  
verecun-  
dia.

accessum; & plus timidam vere-  
cundiam, quā promptam veniæ  
præsumptionem.

1. Ioan. 2.

De mea bonitate confidere,  
rectæ humilitatis & magnæ fidei  
est indicium. Hæc dico, ut non  
pecces. Quod si peccaveris, non  
desperes; sed cito resurgas. Ha-  
bes enim adhuc spem & advo-  
catum apud Patrem.

Luc. 15.

An expectare vis, ut dignus  
fias, priusquam accedas? Et ex te  
quando hoc poteris? Si solum  
boni & digni, magni & perfecti  
viri mihi appropinquare debent,  
peccatores & publicani quem  
adibunt? Quid ergo Evangelium  
dicit? *Et erant, inquit, appropin-  
quantes ad Iesum publicani &  
peccatores, ut audirent illum.*

Ioan. 7.

Accedant igitur indigni, ut  
fiant digni. Accedant mali, & ef-  
ficientur boni. Accedant parvi &  
imperfecti, ut fiant magni & per-  
fecti. Accedant omnes, accedant  
singuli, ut accipiant de plenitu-  
dine fontis vivi.

Ego sum fons vitæ, qui non  
potest exhausti. Qui sitit, veniat  
ad me, & bibat. Et qui nihil  
ha-



habet, veniat ut gratis emat.

Qui morbidus est, veniat ut sanetur. Qui tepidus est, veniat ut accendatur. Qui timidus est, veniat ut confortetur. Qui tristis est, veniat ut consoletur. Qui aridus est, veniat ut adipe & pinguedine spiritus repleatur. Qui tædio afficitur, veniat ut gaudio recreetur.

Omnium  
malorum  
& necessi-  
tatum  
promptis-  
simum re-  
medium  
apud  
Deum.

En deliciæ meæ, esse cum filiis hominum. Qui sapientiam concupiscit, veniat ad doctrinam meam. Qui divitias quarit, veniat, ut accipiat æternas & incorruptibiles. Qui honores ambit, veniat, ut hæreditet nomen æternum in cælo.

*Prov. 8.*

Qui felicitatem desiderat, veniat, ut eam sine timore & periculo possideat. Qui omnium bonorum abundantiam concupiscit, veniat ad me, ut summum, æternum, ac immensum bonum percipiat.

Ego sum, qui omnia temporalia bona præsto: & super temporalia, æterna bona in cælestibus tribuo. Nec promissioni meæ deerō, cum adimpleta fuerit.

K k 3 man-

508 SOLILOQUIUM  
mandatorum meorum salutaris  
observantia. Coronabitur autem  
gloriose in cælo, qui legitime  
certaverit in hoc mundo.

CAP. XIX. *De desiderio divi-  
na fruitionis.*

*Psalm. 23.*

**M**editatio cordis mei in  
conspectu tuo semper.

Meditari  
de Dile-  
cto unicū  
animæ a-  
mantis  
solatium  
in via.

Quid animæ fideli tuavius,  
quid jucundius esse potest, quam  
devote de Domino Deo dilecto  
suo meditari; ut quem clara ac  
beatifica visione intueri necdum  
valet, saltem per studiosam re-  
cordationem, quasi præsentem  
sibi faciat.

Contempletur igitur eum per  
speculum in ænigmate, quem fa-  
cie ad faciem non potest videre.  
Scrutetur nihilominus per Scri-  
pturas & figuras, quæ in suo  
fulgore contemplari non sufficit.  
O si studium quærendi faciem  
Domini nunquam frigeat, sed  
de die in diem magis fervescat!

Inest autem animæ Deum a-  
manti incessabilis æstus, ad ejus  
visionem perfruendam; quia visio  
Dei

Dei